Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



167 211

uificabit eam Dico uobis in illa nocte erunt duo
in lecto uno: unus assumetur et alter relinquet:
Duo erunt molentes in unum: una assumetur
et altera relinquetur: duo in agro: unus assume
tur: et alter relinquetur Respondentes dicunt
illi Vbi dne Qui dixit eis Vbicunq; fuerit corpus
illuc egregabuntur aquile Dnica xij Introitus
Deus in adiutorium meum intende dne ad aduuandum
me festina confundantur et reuerentur inimici
mei qui querunt animam meam ps Auertantur
retrorsum et erubescant qui cogitant michi mala Oro
Omnipotens et misericors deus de cuius munere
uenit: ut tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur: tribue qs dne: ut ad promissa
ones tuas sine offensione curramus p Ad Corinthios
Fres Iduciam talem habemus per christum
ad deum: non quod sufficientes simus cogita
re aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia
nostra ex deo est: qui et idoneos nos fecit ministros
noui testamenti non littera sed spiritu Littera enim occidit
spiritus autem uiuificat Quod si ministratio mortis
litteris deformata in lapidibus fuit in gloria
ita ut non possent intendere filij israhel in faciem
moysi propter gloriam uultus eius que euacuatur
quomodo non magis ministratio spiritus erit
in gloria Nam si ministratio damnationis glo
ria: multo magis habundat ministerium iustitie in
gloria Gr Benedicam dnm in omni tempore semper laus eius
in ore meo V In dno laudabitur anima mea audiant mansueti
et letentur Alleluia V Domine refugium factus
es nobis a generatione et progenie Sdm Marcum